



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Cur propter Angelos cauenda sca[n]dala?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Nam hi omnes si non sponte delinquant, non punitione, sed misericordie digni sunt. Non possum iniquis ita philosophari: certe si non illorum culpa quicquam factum confiteris, sed quadam alia necessitate incubente non poteris non philosophari. Nam quando servus aegritudine oppressus, iussa non facit: non modo non criminarius, verum etiam valde commiserescit. Quare tu ipse testimonium perhibes, nonnihil ab ipso, nonnihil aliunde, ac non ab ipso fieri. Similiter ergo etiam hic, si scires quod malus esset propterea, quod talis natus sit, non modo non accusares, verum etiam veniam dares, non est enim consentaneum, ut qui propter morbum ignoscitur, propter Dei opificium non ignoscatur, si quidem talis ab initio factus esset. Verum inde quoque ora istorum obstruere factum ab illo possumus: nam undique veritatis affluunt adminicula homine est, si eos interrogabimus, quamobrem nunquam servus criminis non a Deo. nantur, si facie formosi non sint, si non proceri statura, si non quasi volucres in eundo, ceteraque huiusmodi, quia videlicet natura hec non voluntate conceduntur: immunitas est ergo ipse eius culpa, quam ei natura iniecit. nec ullus unquam huic rationi contradicit. Cum igitur accusas, tunc ostendis profecto, non a natura, sed a voluntate mali quippiam processisse. Nam si qua minime culpamus, ea natura delicta esse, aut saltem non voluntatis testatur, patet ea solum culpam, que voluntate committuntur. Noli ergo peruersas in medium rationationes inferre, nec sophisticata, & orationis contextum telum araneum viliozem. Hec Chrysostomus iam olim telas araneorum discutiens & Calvinianorum blasphemias aureo veritissime orationis flumine obruens. Multa enim contra Manichæos adiungit, quæ in Calvinianos rectissime conveniunt. Hinc concidunt illa horrenda. Iudam si Dei decretum spectemus, Christum necessario prodidisse. Et parum abest, ut cum Caianis blasphemem, & dicam, Iudam pio consilio tradidisse. Beza in Summa Christianismi. pagina 17. Heshusius, pag. 178. Maryrin Rom. 38. Zwinglius de peccato origenis. 606. & de ratione fidei ad Carolum. at Deus odisse peccatum profetur, ex hominis mala voluntate id esse. Basilius de Origine mali, idem esse asserit Deum negare, esse Deum, & dicere causam peccati. Tamen qui eum deserunt per inobedientiam, eos ipse deserit per iustitiam. Nec enim potest is, qui per se bonus est, esse causa mali, aut illud dicere.

VERSUS 10.

Videte ne condemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei qui in cælis est.

QUESTIO I.

Cur propter angelos cauenda scandala?

§. 1. Scandala paruulis obiciuntur contemptu illorum, at minime Deus illos contemni patitur, quod ex eo probat, quia custodie illorum præfuit Angelos; Spiritus beatos, qui semper vident faciem patris cælestis, itaque accusatores eorum sunt, cum ad regem non modo aditum habeant, sed semper illi adsint, ne ad momentum quidem extra conspectum. Sumpta est similitudo ex hominum consuetudine, qui eos timent offendere, quos multum posse apud principes arbitrantur.

§. 2. Singulis paruulis, ac proinde hominibus est

assignatus Angelus custos, imo & regni Dan. 10. 13. Clem. Rom. 1. 2. recog. Alex. 6. Strom. vide Apocal. 8. 12. & 3. 17. & docui Genes. 48. 16. Vide Psalm. 37. 8. & 90. 11. Calvinus quidem 1. b. 1. Inst. cap. 14. 8. 11. Angelos esse hoc loco probat, & cap. 7. tamen dubitat, an singulis appositum sint vitæ custodes, quod tamen Beza libenter confitetur. Omnibus autem modis paruulos, humiles & abiectos, nobis venerabiles efficere Deus voluit, ne vilo modo parati eos faceremus. Præfaturæ perit angelicæ meminit etiam Epiph. contra Alogos & contra Anoëtis. Sic & Iustinus. q. 30. ad orthod. Angeli omnes tum qui regunt, tum qui reguntur functionem suam implent, cælis & hominibus viles: quibus vero ministrant, cælestes. semper augentur, minuuntur nunquam. aut enim utrumque simul, animam inquam & corpus, aut animam post diuortium eius a corpore, sequuntur, vsque ad restituendum, siue renouandum mundi tempus. Prius autem quam, ut hominum sint affectus, & custodes constituantur, aliis munibus pro hominibus obeundis principibus suis ministrant.

Hinc Epiph. καὶ ὅτι οὐρανὸς οἱ ἀγγέλοι καὶ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐκδιδόντες, Moti enim Angeli movent gentes ad impetum vltionis. Viros sanctos φάσματι ἑαυτῶν ἡ ἀγγέλοι κτηνοῦν, & Chrysost. ait. At quemadmodum sumus apes, & columbas gratulolentia fugat: ita vita nostra custodem Angelum lacrymabilissimum & sententissimum peccatum repellit. Ut monet Basilius. Quid agant exponit Augustin. Solil. cap. 27. Ambulant enim nobiscum in omnibus viis nostris, intrant & exeunt nobiscum, attentè considerantes quamque, quamque honeste in medio prauitatis conuersumur, quantoque studio & desiderio querimus regnum tuum, & iustitiam eius, quantoque timore, & tremore seruimus, & exultemus tibi in læticia cordis nostri. Adiuvant labores, prolegunt quiescentes, hortantur pugnantes coronant vincentes: congaudent gaudentibus, ut inquam gaudentibus: compatiuntur patientibus, pro te inquam patientibus. Grandis est eis cura de nobis. Magni est affectus dilectionis eorum erga nos: & hoc totum propter bonorem tue ineffabilis charitatis, quæ dilexisti nos. Diligunt enim quos tu diligis; custodiunt quos tu custodis; & deserunt, quos tu deseris. Nec diligunt operantes iniquitatem, & perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Quoties bene agimus gaudent Angeli & tristantur demeritis. Quoties vero a bono deuiamus Diabolum laudamus, & Angelos tuos suo gaudio defraudamus: gaudium est enim eis super vno peccatore penitentiam agente: Sed diabolo super vno iusto penitentiam deserente. Hos Angelos ut Dei ministros colimus, & creaturas & conseruos, non ut Deos. Philo olim illa distinxit. ἀνγέλοι δὲ θεοὶ καὶ ἀνθρώποι καὶ δαίμονες. καὶ οἱ ἀνθρώποι καὶ οἱ δαίμονες καὶ οἱ ἀνγέλοι. Quas virtutes, potestates, mentes, philosophi gentiliū Herodoti vocant & demones. Moses legitimo nomine vsus Angelos nominauit, qui legationes obant & nuntiant.

§. 3. Ex eo, quod paruulorum Angeli vident faciem Dei eique seruiunt, Bullingerus eos inuocandos negat, & falsa veris miscet. In Deum non in Angelos respiciendum docet, Angelos esse administratores Spiritus, verum est. Etiam illud quod ex Augustino adducit. Nos non Angelos, sed veritatem videndo, quæ Angelos diligimus, beatos esse, Angelos charitate non seruiri honorare. nec eis templa construere de vera relig. cap. vltimo. Et Lactant. 1. b. 2. capit. 17. Angelos nullum sibi honorem tribui velle. Hæc inquam vera sunt, si veritatis assertor, non hæretarcha legat: Non colimus Angelos seruiri.

religione, nec religionis propriè dictæ, sed minore honore, ut de ministris: honorati enim sunt ministri Dei. Deo templum construimus, illis tamen sanctorum Angelorum memoriam signamus. Angelos honoramus, nam eorum beatitudo honorabilis est. Honorantur nisi in solo Deo, ut creatoris maiestas in domis suis reliceat. Hoc dicere voluit Lactantius; comparat enim eos prævaricatoribus Angelis, qui nomen, & cultum deorum sibi vindicare conantur. Quod si magistratus, & sacerdotes honorandus est, tanquam Dei minister, cur non etiam Angelos honoremus? Colendus est Angelorum Dominus, sed tamen Angelis non honore privari non debent, quemadmodum aliis ministris æterni regis.

VERSUS II.

Venit enim filius hominis saluare quod perierat.

QVÆSTIO I.

Quorsum tendat, quod dicit: Venit filius hominis?

§. 1. Probat Angelos paruulis datos esse custodes; Hoc enim humane rationi mirabile, aut etiam absurdum poterat videri. Nobilissimam creaturam, Spiritus in Dei conspectu semper constitutos, omnibus principibus ac Monarchis maiores, hominum vilium & abiectionum custodiæ deputari. Non est illud, inquit, à divina misericordia alienum, ut Spiritus administratorios salutis hominum constituant custodes, protectores, & promotores, cum suum ipse filium miserit, ut salutem faceret, & servandos quod perierat, non quod paruuli tantummodo perierint, sed quod omnes. Alii ad superiora referunt. *Videte ne despiciatis vnum ex istis pusillis, nam venit filius hominis ad eos redimendos;* Impium est, & superbum eos despici ab homine, quos Deus exaltauit, quorum salutem filium vniuersum impendit. Syrus ad verbum: *Veni, & denache.* Ita illi solent loqui. Genes 6. 19. Marci. cap. 19. 25. Marci. 3. 4. & 8. 11. Cum vero Syrus & Latinus textus ita habeat constanter, mirum est in quibusdam Græcis totum versum deesse, apud Orig. non inueniuntur, Comment. Hieronym. omittit, legerunt tamen Chrysost. Theophyl. Hilarius. Hoc interrim teneamus intolerabile esse eorum fastidium, qui eos contemptim tractant, pro quibus de sanguine Christi fudit. Cauendum est, ne per hoc Deus dat humana superbia, quod saluum Deus esse voluerit. Multo minus, ne eos contumeliose abigamus, quos regi sui hæredes Deus constituit.

§. 2. Sententiam pulcherrimam ac solatio plenissimam fœde corrumpit, & in Dei benignitatem blasphemus est Zvinglius. Obicit sibi, *Christus neminem vult perire, nemo perit igitur, ac constat perire plurimos.* Hunc nodum ut soluat, totam sententiam tollit. Christus hic vult dicere. Quandoquidem Deus misit me in mundum, ut pro mundo morerer, non vult, ut mundus pereat, immo nullum omnino vult perire, id est, ut tu eum offendas, contemnas. Itaque eum Deus, ut Zvinglius ait, vult perire, sed non vult, ut Petrus aut Ioannes det scandalum. Neminem vult per te perire. Neminem, inquit, tui sunt, sed Dei. Quasi vero Christus in eo bonitatem Dei collocet, quod perire quidem velit, sed non hac aut illa manu. Parum sane pereuntis interest, cuius gladio cadat. Atqui Christi argumentum eo tendit, ut dicat non esse ledendum aut contemnendum illum, quia Deus nullum vult perire, ex Dei enim charitate deducit, homines etiam amari. *Adami Conzen in Euang. Tom. 1.*

re proximos oportere, nec impune fore eos perdere, quos Deus perire non vult. Quod argumentum nullum est. Si Deus perire quidem illos vult, non tua tamen opera exitium adferri. Quamquam & hoc ipsum Zvinglianis decretis repugnat, si enim Deus exitum ordinauit, etiam eorum per quos perierunt, crudele ministerium ordinauit. Chrysostomus, *Deum salute paruulorum gaudere*, cum saluos fieri eos velle demonstrat. Omnia enim fecit ne perirent, magna ad eorum tutelam mœnia extruxit, atroces pœnas minatur illis, qui offendunt, regnum promittit suscipienti. frustra omnia, si eos perire vult, & carnificem perimendis apposuit. Omnes itaque saluari vult Deus, & Caluini Beza, Musculi aliorumque hæresin damnat, qui Christi satisfactio-nem ad solam peccatorum, quæ committunt electi, remissionem altrungunt. Quam hæresin studiose Zanchius, Simonius, Tigurini, & Heidelbergenses defenderunt. Verum cum sit Christus Saluator pro toto mundo, pro totius mundi peccatis mortuus est. Itaque Marloratus, alioqui eorum Sædator, in hoc ab illis recessit, Fol 229. & Gualterus. Hom. de incarnatione Domini. Werdmulerus, Hemmingus, alique, ne quispiam putet, solos orthodoxes blasphemum errorem execrari.

Porro impii perditionis suæ causam ipsi adferunt: cum mortis Christi, & meriti se participes non faciunt, sanguinem testamenti conculcantes, & filium Dei ostentui habentes. Quis autem gubernatori culpam tribuat, si epibatâ proterue in mare proficiat? Nauem ille medius in vndis regit, hortatur eos, ut salui esse velint: illi vero sua stultitia per-eunt.

§. 3. Quibusdam visum est, ita venisse ad hominum salutem, ut si in sua innocentia perstisissent, incarnatus non fuisset. Alii multi Theologi & Patres. Quin & Caluinus. l. 2. cap. 12. multis id asserit. alii vero locum sic interpretantur, ut dicant etiam fuisse venturum, manente primogenia omnium innocentia, non quidem corpore mortali, aut mortiturum, sed ut humane naturæ dignitatem asserat. *Christus* Statuendum est igitur Dei bonitatem omnium salutis esse operatricem, nullum perire velle. Ut est etiam verbi. 14. *Non est voluntas ante patrem vestrum, in-venire venturum, more Syrorum קדם אבנחון Kedam abuchun, ea-rus?* dem phrasi fere reges & iudices in Germania vtuntur. Cum ait Deum nolle, ut vnus ex pusillis pereat, non affirmat aduulorum charitatem, curamque eum deposuisse, sed paruulos sibi caros, & que adeo omnes esse significat, nec enim maximum, nec minimum petire vult.

VERSUS 12.

Quid vobis videtur. Si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit novaginta nouem in montibus, & vadit querere eam, quæ errauit?

QVÆSTIO I.

Quæ centum, & quæ vna ouis?

§. 1. Ræce est, alicui homini *וחד* denasch, homini, noster verit sensum cum dixit, alicui, vel pratermisit, homini. *Gg 2. Itaque*

112
Evangelia
CMI
18